

Alte Drucke

Digestorum Sev Pandectarvm Ivris ciuillis libri quinquaginta, ad exemplar Florentinum & Haloandrinum necnon vulgatas editiones quàm diligentissimè ...

Digesta

Justinian <Byzantinisches Reich, Kaiser>

Parisiis, 1552

DIGESTORVM SEV PANdectarum Liber vicesimus quintus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150587

de muliere relicta decessit: qua ex parte, mulier ei hæres esset, pro ea parte dotis periculū, quod viri fuisset, ad mulierem pertinere, ait Labeo: quia nec melius, nec æquius esset (quod exigere vir ab vxore non potuisset) ob id ex detrimento viri mulierem lucupletari. & hoc verū puto.

Virtetur de dolo & culpa in quærendo & conseruando peculium: & fructus peculii spectant ad virum. Bartolus.

LXVII. POMPONIVS lib. xx. *Epistolarum.*

In partem dotis reddendæ erit id, quod mulieri ex peculio serui restitui debebit. & ideo & dolum & culpam in eo peculio, vel adquirendo, vel conseruando maritus præstare debet: & fructus ex eo percepti, quomodo cuiuslibet rei dotalis, ad maritum pertinebunt.

DIGESTORVM SEV PANDectarum Liber viceſimus quintus.

DE IMPENSIS IN RES DOTALES factis. Titu. I.

I. VLPPIANVS lib. xxxv. *ad Sabinum.*



IMPENSARVM quædam sunt necessaria, quædam vtilis, quædā voluptaria. ¶ Necessariæ hæ dicuntur, quæ habent in se necessitatē impendēdi. cæterum si nulla sit necessitas: alio iure habentur. In necessariis impensis hoc sciendum est: eas demum impensas dotem minuere, quæ in do-

tem factæ sunt. cæterum si in dotem factæ non sint: nō habent in se reputationem. ¶ Inter necessarias impensas esse Labeo ait, moles in mare vel flumē proiectas. sed & si pistrinum vel horreum necessario factum sit, in necessariis impensis habendum ait. Proinde Fulcinius inquit, si ædificium ruens, quod habere mulieri vtile erat, refecerit: aut si oliueta defecta * restaurauerit: vel [G] ex stipulatione

* Flo. &
vulg. reie-
cta.

VEL [G] in valetudinem seruorum impenderit.

II. PAVLVS lib. vii. *ad Sabinum.*

Que

Pars II. Digestorum lib. XXV. Tit. I.

Quæ sunt ad perpetuam utilitatem rei, dicuntur expensæ necessariæ: sed quæ factæ sunt ad præsentem tantum utilitatem, sunt expensæ viles.

III. VLP. IANVS lib. XXXV. ad Sabinum.

Vel si vites ppagauerit, vel arbores curauerit, vel seminaria pro utilitate agri fecerit: necessarias impensas fecisse videbitur. Nos generaliter definimus. multum interesse. ad perpetuam utilitatem agri, vel ad eam, quæ ad
* anni fru præsentis temporis, an verò quæ non ad præsentis anni *
Elu perti- fructum pertineat. si in præsens: cum fructibus hoc com-
neat: si in putandum. si verò nõ fuit ad præsens tantum apta eroga-
præsentis, tio: necessariis impensis computandum, Iulianus putat.
cum fructi

IIII. PAVLVS lib. XXXVI. ad edictum.

ET in totum id videtur necessariis impensis contineri, quod si à marito omissum sit, iudex tãti eum dånabit, si verò nõ quanti mulieris interfuerit eas impensas fieri. sed [in] hoc differt: quod factarũ ratio habetur, & si res malè gesta est: non factarum, ita si ob id res malè gesta est. Itaque si fulserit insulam ruentem, eaquæ exusta sit: impensas consequitur. si non fecerit: deusta ea, nihil præstabit.

Expensæ necessariæ in dotem factæ minuunt dotem & quantitatem in dote contentam, non corpora dotalia. secus si extra dotem sint factæ. Item muliere soluente eas dos crescit. Bartolus.

V. VLP. IANVS lib. XXXV. ad Sabinum.

QUOD dicitur, NECESSARIAS IMPENSAS DOTE MINVERE, sic erit accipiendum (vt & Póponius ait) non vt ipsæ res corporaliter deminuantur (vt puta fundus, vel quodcunque aliud corpus.) (etenim absurdũ est, deminutionẽ corporis fieri propter pecuniam.) cæterum hæc res faciat desinere esse fundum dotalem, vel partẽ eius. manebit igitur maritus in rerum detentionem, donec ei satisfiat. non enim ipso iure corporum, sed dotis fit deminutio. Vbi ergo admittimus deminutionem dotis ipso iure fieri? vbi non sunt corpora, sed pecunia. Nam in pecunia ratio admittit deminutionem fieri. proinde si æstimata corpora in dotem data sint: ipso iure dos deminuetur per impensas necessarias. hoc de his impensis dictum est, quæ in dotem ipsam factæ sint. cæterum si extrinsecus: non deminuent dotem. Sed si im-
penfis

penſis neceſſariis mulier ſatiſfecerit: vtrum dos creſcit, an verò dicimus ex integro videri dotem? & ego, vbi pecunia[*data*] eſt, non dubito dotem videri creuiſſe.

Tota dos ſoluta ſine deductione impenſarum neceſſariarum: in debiti conditione condicitur. Bartolus.

¶ Si dos tota ſoluta ſit, non habita ratione impenſarum: videndum eſt, an condici poſſit id, quod pro impenſis neceſſariis compenſari ſolet. Et Marcellus admittit, conditioni *eſſe locū. ſed & ſi plerique negent, tamen propter æquitatem Marcelli ſententia admittenda eſt. ¶ Vtiles au-
ditioni.

tem impenſæ ſunt, quas maritus vtiliter fecit, rem quæ meliorem vxoris fecerit, hoc eſt dotem.

VI. PAVLVVS lib. VII. ad Sabinum.

Veluti ſi nouelletum in fundo factum ſit, aut ſi in domo priſtinū aut tabernam adiecerit. idem erit, ſi ſeruos artes docuerit.

VII. VLPIANVS lib. XXXV. ad Sabinum.

Voluptariæ autem impenſæ ſunt, quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ ſpecies exornant. quarum vtilis quidem ipſo iure dotem non minuunt, verum tamen habent exactionem.

Mulier tenetur ad impenſas vtilis, ſi eius voluntate factæ ſunt, vel aliunde ſoluere poteſt: aliàs ſecus. Bartolus.

VIII. PAVLVVS lib. VII. ad Sabinum.

Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi voluntate mulieris factæ ſint. iniquum enim eſſe, compelli mulierem rem vendere, vt impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere nō poteſt. quod ſummam habet æquitatis rationem.

Mulier debet pati virum tollere quod voluptarie impendit. ſi ablatum viri commodo cedat: aliàs ſecus. & ſi non patitur, debet ſolvere. Bartolus.

IX. VLPIANVS lib. XXXV. ad Sabinum.

ET pro voluptariis impenſis, niſi parata ſit mulier pati maritum tollentem, exactionem patitur. Nam ſi vult habere[rem] mulier: reddere ea, quæ impenſa ſunt, marito debet. aut ſi non vult: pati debet tollentem: ſi modò recipiant ſeparationem. cæterum ſi non recipiant: reliquendæ ſunt. ita enim permittendum eſt marito auferre ornatum,

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. I.

quem posuit: si futurum est eius, quod abstulit.

X. PAVLVS lib. XXXVI. ad edictum.

Quod si hæres, in quibus impensæ factæ sunt, pro-
mercales fuerint: tales impensæ non voluptariæ, sed
viles sunt.

XI. VLPPIANVS lib. XXXV. ad Sabinum.

In voluptariis autem Aristo scribit, nec si volūtate mu-
lieris factæ sunt, exactionem parere. ¶ Donationem in-
ter virum & uxorem circa impensas quoque inhibitam,
verè Sabinus scribit.

*In actione de dote de impensa modica nõ curatur: secus in actio-
ne neg. gest. Bartolus.*

XII. PAVLVS lib. VII. ad Sabinum.

Omnino & in ædificiis ædibus, & in reponendis pro-
pagandisq; vineis, & in valetudine mæcipiorum, modi-
cas impensas nõ debet arbiter curare. alioquin negocio-
rum gestorum potius, quàm de dote iudicium videbitur.

Qui percipit fructus, debet tributa & collectas solvere. Bar.

XIII. IDEM lib. VII. Brenium.

Neque stipendium, neque tributum ob dotalem fun-
dum præstita, exigere vir à muliere potest. onus enim
fructuum hæc impendia sunt.

XIIII. VLPPIANVS lib. V. Regularum.

Impensæ necessariae sunt, quibus non factis dos immi-
nuitur: veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia
vetera fulcire, iter reficere, arbores in locum mortuarum
reponere. Vtiles sunt, veluti pecora prædiis imponere, id
est, stercoreare. Voluptuosæ sunt, balinea exstruere.

*Impensæ necessariae minuant dotem, si in dotem sunt factæ ad
perpetuam utilitatem: secus si causa quærendorum fructuum: vel ad
temporalem rei custodiam. Bartolus.*

XV. NERATIUS lib. II. Membrarum.

Quod dicitur, IMPENSAS, QUAE IN RES DO-
TALES NECESSARIO SVNT FACTAE, DO-
TEM DEMINVERE, ita interpretandum est:
ut si quid extra tutelam necessariam in res dotales impensum
sit, id demum * in ea causa sit. nã tueri res dotales vir suo
sumptu debet. alioquin tam cibaria dotalibus mancipiis
data, quàm * quævis modica ædificiorum dotalium refectio,
& agro-

* Flo. id
est, vul. id
non.

* Flo. &
vulg. &
quævis.

& agrorum quoque cultura, dotem minuent. omnia enim hæc in specie necessariarum impensarum sunt. sed ipsæ res ita præstare intelliguntur, ut non tam impendas in eas, quam deducto eo minus ex his percepisse videaris. quæ autem impendia secundum eam distinctionem ex dote deduci debeant: non tam facile in vniuersum definiri, quam per singula ex genere & magnitudine impendiorum æstimari possunt.

XVI. IDEM lib. VI. *Membrarum.*

ET ante omnia, quæcumque impensæ querendorum fructuum causa factæ erunt (quanquam eadem etiam colendi causa fiant, ideoque non solum ad percipiendos fructus, sed etiam ad conseruandam ipsam rem speciemque eius necessariæ sunt) eas vir ex suo facit, nec ullam habet eo nomine ex dote deductionem.

DE ACTIONE RERVM AMOTARVM.
Titu. II.

I. PAVLVS lib. VII. ad Sabinum.



Erum amotarum iudicium singulare introductum est aduersus eam, quæ vxor fuit: quia non placuit cum ea furti agi posse. quibusdam existimantibus, nec quidem furtum eam facere (unde etiam vt Nerua & Cassio) quia societas vitæ quodammodo dominam eam faceret: aliis (vt Sabino & Proculi) placuit, ut lo) furtum quidem eam facere, sicut filia patri faciat, sed si quid iur- furti non esse actionem constituto iure. in qua sententia gii interu- & Iulianus rectissime est. ris & vxor

II. GAIVS lib. XII. ad edictum prætoris tit. de re iudicata. re interces- Am in honorem matrimonij turpis actio aduersus sisset, id non vxorem negatur. † apud iudi-

III. PAVLVS lib. VII. ad Sabinum.

ET ideo si post diuortium easdem res cõtrectet, etiam natim in- furti tenebitur. Item si seruus eius furtum fecerit: furti ter se ipsi- cum ea agere possumus. Sed & cum vxore furti agi possi- met inuicē- bile est: si ei, cui hæredes sumus, furtum fecit, vel nobis, locuti di- antequam nuberet. tamen propter reuerentiam personarum rimarent. rum in vitroque casu furtiuam tantum cõditionem com- Vale. Ma- petere, non etiam furti actionem dicimus. Item verum est, xi. lib. 2. quod Oñlius ait: etiam eas res, quas diuortij tempore mu- cap. 1.

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. II.

lier comederit, vendiderit, donauerit, qualibet ratione consumpserit: rerum amotarum iudicio contineri.

Filia amouens tenetur in solidum, & pater de peculio: & pater adiuncta filia dotem repetens ipsam tenetur defendere in solidum ea viua: sed ea mortua, tenetur ad id quod ad eum peruenit.

¶ Si filia familiars res amouerit: Mela & Fulcinus aiunt, de peculio dandam actionem, quia displicuerit eam furti obligari: vel in ipsam, ob res amotas, dari actionem. sed si pater adiuncta filia de dote agat: non aliter ei dandam actionem, quam si filiam rerum amotarum iudicio in solidum, & cum satisfactione defendat. sed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem dari non oportere. Proculus ait: nisi quatenus ex ea re pater locupletior sit.

IIII. POMPONIVS lib. XVI. ad Sabinum.

Dolove malo fecerit, quod minus ad eum peruenierit.

V. PAPINIANVS lib. XI. *Quaestionum.*

Via quoque filia, quod ad patrem ex rebus amotis peruenit, utili iudicio petendum est.

VI. PAVLVS lib. VII. ad Sabinum.

Contra nurum quoque socero hoc iudicium dandum, Atilicinus & Fulcinus aiunt. ¶ Quoties filio familiars dos data est: socerum ob res diuortij causa amotas, furti agere non posse. ¶ Item cum rerum amotarum etiam in virum datur iudicium, si filius familiars maritus sit: virum de peculio, an in ipsum actio dari debeat: eadem repetemus, quae de filia familiars diximus. ¶ Si post diuortium maritus decesserit: heres eius rerum amotarum iudicio uti potest. Item heres mulieris ex hac causa tenebitur, sicut condictionis nomine ex causa furtiua. ¶ Sed si morte mariti solutum sit matrimonium: haeres mariti hereditatis petitione, vel ad exhibendum actione, eas consequi poterit. Aristo & condici ei posse, recte putat: quia ex iniusta causa apud eam essent. ¶ Quod si mortuo viro amouerit, non facit furtum: quia rei hereditariae nondum possessa furtum non fit. ideoque aut vindicari poterunt, aut in hereditatis petitionem venient.

Si maritus & uxor inuicem agunt rerum amotarum actione, poterunt compensare. Bartolus.

VII. VLPIANVS lib. XXXVI. ad Sabinum.

Mulier habebit rerum amotarum actionem aduersus virum:

virum: & compensare potest cum actione, qua maritus agere vult, ob res amotas.

Qui soluit quod debet, nō phibetur petere quod sibi debetur. Bar.
VIII. POMPONIVS lib. xv. ad Sabinum.

SI cū dos solueretur mulieri, aut satis dōti fieret, dictum non esset, actum iri rerum amotarum: nihilominus agi potest. nam & cū dos nulla est, eadem actio datur. ¶ Sabinus ait. si mulier res, quas amovit, non reddat: æstimari debere, quanti in litem vir iurasset.

IX. PAVLVVS lib. xxxvii. ad Sabinum.

Non enim æquum est, inuitum suo precio res suas vendere.

X. POMPONIVS lib. xvi. ad Sabinum.

Ideoq; nec debere eū pro euictione promittere: quod lex contumacia mulieris id ita acciderit.

XI. VLPPIANVS lib. xxxiii. ad edictum.

Marcellus libro septimo Digestorum scribit. siue vir vxorem, siue vxor virum domo expulit, & res amouit: rerum amotarum teneri.

Conuenio hac actione potest deferri iusiurandum, nisi alieno nomine conueniatur: & is cui deferatur, non potest referre. Bar.

¶ Qui rerum amotarum instituit actionem, si velit magis iusiurandū deferre: cogitur aduersarius iurare, nihil diuortij causa amotum esse: dum prius de calūnia iuret, qui iusiurandum defert. ¶ Iurare autem tam vir, quā vxor cogitur. pater autem amouentis iurare nō cogitur: cū iniuriam sit, de alieno facto alium iurare. Is ergo cogitur iurare, qui amouisse dicitur. & idcirco nec hæres eius, qui quæue amouisse dicitur, iurare cogitur. ¶ Si quis delatū sibi iusiurandū referre velit: nō videt prætor id permisisse.

XII. PAVLVVS lib. vii. ad Sabinum.

Non magis, quā si quis ei, qui furti agat, iusiurandum referat, an ipse fur sit.

XIII. VLPPIANVS lib. xxxv. ad Sabinum.

Idem Labeo scribit, mulieri nō esse permittendū, referre iusiurandum. & ita edicto ordinatum videtur.

XIIII. PAVLVVS lib. ii. Sententiarum.

De rebus amotis permittendum est marito, vel vxori de quibusdam rebus iusiurandum deferre, de quibusdam

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. II.

busdam probare.

XV. VLPPIANVS lib. XXXIIII. ad edictum.

Nihil interest, vtrum simul, an separatim habitauerit: cum actio rerum amotarum competat etiam aduersus eam, quæ ex ea domo subtrahit, in qua non simul cum viro habitabat.

Contra coniugem eius, quam quis habet in potestate, non datur actio furti: secus si emancipata fuerit. Bartolus.

¶ Vxor, & nurus, & pronurus, viro, & socero, & pro socio furtum facere possunt, furti autem non tenentur: nisi fortè emancipatus sit filius. tunc enim nurus patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

XVI. HERMOGENIANVS lib. II. in vis epitomarum.

Ad fiscum mariti bonis deuolutis, vxor rerum amotarum nomine in simplum conuenitur: quamuis alij in quadruplum condemnentur.

Inter eos, inter quos non fuit matrimonium vere, non habet locum hæc actio. Bartolus.

XVII. VLPPIANVS lib. XXX. ad edictum.

Si concubina res amouerit, hoc iure utimur, vt furti teneatur cōsequenter dicemus, vbicunque cesset matrimonium: vt puta in ea, quæ tutori suo nupsit, vel contra madata conuenit, vel sicubi alibi cessat matrimonium: cessare rerum amotarum actionem, quia cōpetit diuortij causa. ¶ Res amotas dicimus non solum eas, quas mulier amouit, cum diuortij consilium inisse: sed etiam eas, quas mulier nupta amouit, si cum discederet, eas celauerit. ¶ Non solum eas res, quæ exstant, in rerum amotarum iudicium venire, Iulianus ait: verum etiam eas, quæ in rerum natura esse desierunt. simili modo etiam certi condici eas posse ait. ¶ Quæ viro suo res pignori datas amouerit, hoc iudicio tenebitur.

XVIII. PAVLVS lib. VI. Quæstionum.

Sed & domino condictio competet, sed alterutri agere permittendum est.

Amouere dicitur, qui dolo causam dat vt alius amoneat. Bar.

XIX. VLPPIANVS lib. XXXIIII. ad edictum.

Sed & si diuortij tempore fures in domum mariti induxerit, & per eos res amouerit, ita vt ipsa non contrectauerit:

uerit: rerum amotarum iudicio tenebitur. verum est itaque, quod Labeo scripsit: uxorem rerum amotarum teneri, etiam si ad eam res non peruenerint.

Hæc actio competit coniugi pro re à se bona fide possessa. Bar.

XX. MARCELLVS lib. VII. Digestorum.

SI rem, quam maritus bona fide emerat, vxor amouerit, vel opem furi tulerit, idque fecerit diuortij causa: rerum amotarum iudicio damnabitur.

In eam quæ causa mortis sperata amonet, utilis hæc actio datur. vel sic: Qui amouit causa mortis sperata, tenetur hac actione, si postea diuortium est secutum. Bartolus

XXI. PAVLVS lib. XXXVII. ad edictum.

SI mulier, cum de viri vita desperasset, subreptis quibusdam rebus, diuertisset: si conualuerit vir, utilis rerum amotarum actio ei danda est.

Etiā si in amouendo furtum non fiat: mulier cuius dolo fit amotio, tenetur rerum amotarum actione. Bartolus.

¶ Si seruus mulieris iussu dominæ diuortij causa res amouerit: Pedius putat, nec furtum eum facere (quoniam nihil lucri sui causa contrectet) nec videri furtum facienti opem ferre, cum mulier furtum non faciat: quamuis seruus in facinoribus domino dicto audiens esse non debeat. * * *In hanc sed rerum amotarum actio erit. ¶ At si in dotem seruus datus furtum viro fecerit: siquidem mulier talem esse ei scierit: totum damnum viro sarcietur. quod si ignorauerit: tunc non ultra condemnationem noxæ multanda erit. ¶ Re-* rum amotarum actio damnum repræsentat, etiam si postea dotis exactio competat. commodi quoque, si quid amotis rebus vir amiserit, ratio habenda est. ¶ Hæc actio, licet ex delicto nascatur, tamen rei persecutione continet. & ideo non anno finitur, sicuti [nec] conditio furtiua. præterea & heredibus cõpetit. ¶ Nec viro, nec mulieri prodest in hoc iudicio, si facere non possint. pendet enim id ex furto.

Litis æstimatio facit emptionem: ideo soluens habet exceptionem & retentionem. Bartolus.

XXII. IULIANVS lib. XVIII. Digestorum.

SI propter res amotas egero cum muliere, & lis æstimata sit: an actio ei danda sit, si amiserit possessionem? mouet me, quia dolo adquisiuit possessionem. respondi. qui li-

Pars IIII. Digestorum lib. XX V. Tit. II.

tis æstimationem suffert, emptoris loco habendus est. ideoque si mulier, cum qua rerum amotarum actum est, æstimationem litis præstiterit: aduersus vindicantem maritum vel heredem mariti exceptionem habet: & si amiserit possessionem, in rem actio ei danda est. ¶ Si mulier mortis causa res amouerit, deinde mortuus ei sit maritus: hæreditatis petitione, vel actione ad exhibendum consequi poterit hæres id, quod amotum est.

XXIII. AFRICANVS lib. VII. *Questionum.*

R Edintegrato matrimonio, si iterum diuortium factum erit: ob res amotas prioris diuortij causa, ite ob impensas, donationesque priore matrimonio factas, manere actionem existimauit.

Ob res amotas mulier tenetur pluribus actionibus: licet altera debet eligi. Bartolus.

XXIII. VLPPIANVS lib. V. *Regularum.*

OB res amotas, vel proprias viri, vel etiam dotales, tam vindicatio, quam conditio, viro aduersus mulierem competit: & in potestate est, qua velit actione uti.

Pro rebus amotis secuto diuortio competit hæc actio: si diuortium non est secutum, competit conditio. Bartolus.

XXV. MARTIANVS lib. III. *Regularum.*

R Erum quidem amotarum iudicium sic habet locum, si diuortij consilio res amotæ fuerint, & secutum diuortium fuerit. sed si in matrimonio vxor marito res subtraxerit: licet cesset rerum amotarum actio, tamē ipsas res maritus condicere potest. nam iuregentium puto res cōdici posse ab his, qui non ex iusta causa possident.

Ista actio est in personam. Bartolus.

XXVI. CAIVS lib. IIII. *ad edictum provinciale.*

R Erum amotarum actio conditio est. Actio civilis proposita ab vno, non differtur propter accusationem criminalem propositam ab alio. Bartolus.

XXVII. PAPINIANVS lib. IIII. *Responsorum.*

R Erum amotarum actio ob adulterij crimen, quo mulier postulata est, non differtur.

Pro re viri subtrahæta competit actio furti extraneo, cuius interest, licet non viro. Bartolus.

XXVIII. PAVLVS lib. VI. *Questionum.*

Si vxor

SI vxor rem viri ei, cui eam vir comodauerat, subripuerit, isque conuentus sit: habebit furri actionem, quamuis vir habere non possit.

Inspicitur quantum res valuit tempore amotionis, & postea quanti plurimi fuerit. Bartolus.

XXIX. TRIPHONINVS lib. VIII. *Disputationum.*

Rerum amotarum estimatio ad tempus, quo amote sunt res, referri debet. nam veritate furtum fit, & si leuius coercetur mulier. quare nec a bonae fidei possessore ita res amota vsucapiuntur. sed si pluri factae non restituntur, quae amotae sunt: crescit estimatio, ut in coditione rei furtivae.

Per matrimonium redintegratum soluitur hoc iudicium. Bartolus.

XXX. PAPINIANVS lib. XI. *Questionum.*

Cum soluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem instituitur, redintegrato rursus matrimonio, soluitur iudicium.

DE AGNOSCENDIS, ET ALENDIS
liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis. Tit. III.

I. VLPIANVS lib. XXXIII. *ad edictum.*



Senatusconsultum, quod factum est de liberis agnoscendis, duas species complectitur: unam eorum, qui agnoscunt: aliam earum, quae falsum partum subiiciunt. Permittit igitur mulieri parenti eius, in cuius potestate est, vel ei, cui mandatum ab eis est: si putet praegnantem, denunciare intra dies triginta post diuortium connumerandos, ipsi marito, vel parenti, in cuius potestate est: aut ad domum denunciare, si nullius eorum copia habeat. Domum accipere debemus, hospitium, si in ciuitate maneat. quod si non sit in ciuitate, sed in villa vel in municipio: illic, ubi lares matrimonio collocauerunt. Denunciare autem hoc tantum, esse mulierem ex eo praegnantem. non ergo hoc denunciat, ut mittat custodes maritus. sufficit enim mulieri notum facere, quod sit praegnans. Mariti est iam aut mittere custodes, aut ei denunciare, quod non sit ex se praegnas. hoc autem vel ipsi marito, vel alij nomine eius facere permittitur. Poena autem mariti ea est: ut nisi aut custodes praemisit, aut contra denunciauerit, non esse ex se praegnantem: cogatur maritus partum agnoscere. & si

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. III.

& si nō agnouerit: extra ordinē coërcetur. debeat igitur respondere, non esse ex se pręgnantem, aut nomine eius responderi. quod si factum fuerit: non aliās necesse habebit agnoscere, nisi verē filius fuerit. ¶ Illud notandum est, quōd denuntiatio à marito non incipit, sed à muliere.

Si mulier contemnat senatusconsultum Plautianum, præiudicat filio, nisi verē probet se filium. fallit si erraret: vel ex necessitate mulier denunciationem omisset. Bartolus.

¶ Sed si maritus ultro custodes offerat, & ea non admittat: vel si non denunciauerit mulier, aut si denunciauerit quidem, custodes autem arbitrato iudicis non admiserit: liberum est marito parentive eius, partum iam non agnoscere. ¶ Si mulier se pręgnantē intra triginta dies non denunciauerit: & postea denunciāns, causā cognita, audiri debeat. quinimō & si in totum omiserit denunciationem: Iulianus ait, nihil hoc nocere ei, quod editur. ¶ Dies autem triginta continuos accipere debemus ex die diuortij, non viles. ¶ Eleganter autem apud Iulianum libro decimonono Digestorum queritur, si intra triginta dies marito mulier nō denunciauerit, & intra triginta partum ediderit: an senatusconsulto locus sit? & ait Plautianum * senatusconsultum cessare: quia de eo partu nō videatur sentire, qui intra dies triginta nascatur: quippe dies triginta ad denunciandum præstat senatus. sed hanc rem non facere præiudicium partui arbitror.

* Fl. Plautianum.

Vxor & maritus observant senatusconsultum: licet maritus partum non agnosceret. Bartolus.

¶ Quemadmodum & per contrariū, si maritus vxore denunciante custodes miserit, nullū præiudicium sibi facit. licebit igitur ei partum editum ex se negare: nec ei nocebit, quod ventrē custodierit. & ita Marcellus libro septimo Digestorū scripsit. ait enim. siue quis neget [suā] vxorem, siue ex se pręgnantē sine præiudicio rectē mittit custodes: maxime, si missurus id ipsum protestetur.

Si maritus contemnat senatusconsultum Plautianū, cogitur partum agnoscere: nisi verē probet non filium. sed si mulier contemnit, maritus non cogitur, nisi ille probetur filius. Bartolus.

¶ Iulianus libro decimonono Digestorum scripsit. quod senatusconsulto comprehensum est, Si mulier viro denunciaue-

ciaue-

ciaverit se ex eo concepisse, & is, cui denunciatum erit, custodes ad ventrem custodiendum inspiciendumq; non miserit, neque contestato dixerit, eam ex se pregnantem non esse: ut ei id, quod editum sit, agnoscere sit necesse: non eò pertinet, ut si quis agnoscere se filium diceret, suum heredem habeat, quamvis ex alio conceptus sit. quandoque enim (inquit) ceperit causa agi, grande præiudicium adfert pro filio confessio patris.

Si maritus contemnit senatusconsultum Plantianum, cogitur parvum agnoscere, nisi probet illum non filium. Bartolus.

¶ Idem per contrarium quoque ait. si mulier diuortio facto non fecerit ea, quæ senatusconsulto præcipiuntur, ut liceat patri non agnoscere: non eò pertinere, ut filius natus suum se dicere non possit: sed ad id tantum, ut ita pater alere eum cogatur, si constiterit eum filium esse. ¶ Idem Iulianus scribit. si vxore denunciante se pregnantem, maritus non negaverit: non utique suum illico partum effici, cogendum tamen alere. Cæterum si cesset, satis iniuriosum esse ait, si quis longo tempore abfuerit, & reuersus vxorem pregnantem inuenerit, & idcirco reiecerit: si quid ex his, quæ senatusconsulto continentur, omiserit, suum heredem ei nasci. ¶ Ex his apparet: siue vxor omiserit, quæ eam ex senatusconsulto observare oportuit: nihil præiudicabit filio (si filius est) non tantum in iure sui, verum ne in alimentis quidem, secundum diui Pij rescriptum. siue maritus neglexerit facere, quæ ex senatusconsulto deberet: natum cogetur omnimodo alere. cæterum recusare poterit filium.

Sententia lata in causa filiationis inter patrem & filium, facit fidem quoque ad omnes. Bartolus.

¶ Planè si denunciante muliere, negaverit ex se esse pregnantem: tamen si custodes non miserit, non evitabit, quò minus quæreretur, an ex eo mulier pregnantis sit, [nec ne?] quæ causa si fuerit acta apud iudicem, & pronunciauerit (cum de hoc ageretur) quod ex eo pregnantis fuerit: * in ea causa esse, ut agnosci debeat (siue filius non fuit, siue fuit) esse suum.

** Flo. fuerit, nec ne: in ea causa &c.*

II. IULIANVS lib. XIX. Digestorum.

IN omnibus causis. quare & fratribus suis consanguineus erit.

III.

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. III.

III. VLP IANVS lib. XXXIII. ad edictum.

Sive contra pronunciauerit. non fore suum, quamuis
suius fuerit placet enim eius rei iudicē ius facere. & ita
Marcellus lib. septimo Digestorū pbat, eoq; iure utimur.

*Si partus nascitur constante matrimonio, & eo soluto morte viri
año superstitē, vel si de hoc dubitetur an sit vxor, præiudicialis in
rem reddatur: & non habet locum cum extraneus in petitione here-
ditatis incidenter examinabitur de filiatione: quia ad Carbonianū
deuenitur: & hæc instantia incepta cum patre, ad heredem non
transit. Bartolus.*

* Floren.
Placianus.

¶ Quia Plautianum* senatusconsultum ad eos partus per-
tinet, qui post diuortium eduntur: aliud senatusconsultū
temporibus diui Hadriani factum est, vt etiam si constan-
te matrimonio partus sit editus, de agnoscendo eo aga-
tur. quid ergo, si quis post mortem patris nascatur, auctore su-
perstitē, in cuius potestate recasurus est? & si ex filio eius
susceptus probetur: videndum, quid dici debeat. & certē
probandum est, cum auctore præiudicio de partu agnoscen-
do similiter agendum. quid si hoc ipsum in quæstionem
veniat, vtrum in matrimonio, an postea editus sit? dicen-
dum est, & super hoc ex senatusconsulto agendū, & quid
si, an vxor fuerit, disceptetur? & Iulianus Sexto Cæcilio
Africano respondit, locum esse præiudicio. ¶ Illud tenen-
dum, hæc senatusconsulta post mortem parentis cessare:
si is superstitē, in cuius potestate recasuri non sunt. quid er-
go est in petitione hereditatis, quā filius intendit? quæri-
tur, vtrum ex eo natus sit, cuius hereditatem petit, an nō.
& adeo hoc verum est, vt Iulianus libro decimono Digestorum
scribat: si viuo patre redditum sit præiudicium,
& antequam sententia feratur, pater decesserit: transeun-
dum esse ad Carbonianum edictum. ¶ Item hæc senatus-
consulta pertinent ad eos, qui sui heredes adgnascuntur.
Cæterum si fortē nō sint in potestate recasuri: verius est,
senatusconsulta cessare.

IIII. PAVLVS lib. II. Sententiarum.

* Floren.
perfocat.

* Floren.
alimonia.

Necare videtur non tantū is, qui partū præfocat*: sed
& is, qui abiicit, & alimoniā* denegat, & q publicis
locis misericordiæ causā exponit, quam ipse non habet.
Alimenta liberis à parentibus, vel à liberis parentibus decernuntur.

tur officio iudicis cognoscendis, an sit filius vel pater, & an de facultatibus conueni possit ali, & an sibi petens sufficiat propter res & operas suas, vel an subsit causa propter quam possint legitime denegari. Bartolus.

V. VLPIANVS lib. II. de officio consulis.

SI quis à liberis ali desideret, vel liberi, vt à parente exhibeantur: iudex de ea re cognoscet. sed utrū eos tantū liberos, qui sunt in potestate, cogatur quis exhibere: an verò etiam emancipatos, vel ex alia causā sui iuris constitutos, videndum est. & magis puto, etiam si non sunt liberi in potestate, alendos à parentibus: & vice mutua alere parentes debere. ¶ Vtrum autem tantū patrem, aut matrem paternum, proauū matrem paterni aut patrem, ceterosque virilis sexus parentes alere cogamur: an verò etiā matrē, ceterosque parētes, per illum sexū contingentes cogamur alere, videndum. & magis est, vt vtrubique se iudex interponat: quorundam necessitatibus facilius succursurus, quorundam ægritudine. & cū ex æquitate hæc res descendat, charitateque sanguinis: singulorum desideria perpendere iudicem oportet. Idem in liberis quoque exhibendis à parentibus dicendum est. ergo & matrem cogemus, præsertim vulgo quæsitos liberos alere, nec non ipsos eam. ¶ Item diuus Pius significat, quasi auus quoque maternus alere compellatur. Idem rescripsit, vt filiam suam pater exhibeat, si constiterit apud iudicem iustē eā procreatam. Sed & si filius possit se exhibere: æstimare iudices debet, ne non debeant ei alimenta decernere. Denique idē Pius ita rescripsit [ad Titianum.] Aditi à te comperentes iudices ali te à patre tuo iubebunt pro modo facultatum eius: si modò (cum opificem te esse dicas) in ea valetudine es, vt operis sufficere non possis.

In causa alimentorum proceditur summarie: & sententia lata non facit præiudicium in causa filiationis ordinariè exercenda. B.
¶ Si vel parens neget filium, idcircoque alere se non debere contendat: vel filius neget parentem: summarim iudices oportet super ea re cognoscere. & si constiterit filium vel parentem esse: tunc ali iubebunt. ceterum si non constiterit: nec decernent alimenta. ¶ Meminisse autem oportet, & si pronunciauerint ali oportere: attamen eā re præiudiciū

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. III.

præiudicium non facere veritati. nec enim hoc pronun-
ciatur, filium esse, sed ali debere. & ita diuus Marcus re-
scripsit. ¶ Si quis ex his alere detrectet: p modo facul-
tatum alimenta constituentur. q si non præstentur: pigno-
ribus captis & distractis, cogetur sententiæ satisfacere.

¶ Idem iudex estimare debet, num habeat aliquid parens;
vel an pater meritò filios suos nolit alere. Trebatio deni-
que Marino rescriptum est: meritò patrem eum nolle ale-
re, qui eum detulerat. ¶ Non tantum alimenta, verum etiã
cetera quoq; onera liberorum patrem à iudice cogi præ-
bere, rescriptis continetur. ¶ Si impubes filius emancipa-
tus sit: patrè inopem alere cogetur. iniquissimū enim quis
meritò dixerit, patrem egere, cū filius sit in facultatibus.

*Mater alimenta quæ fecit in filium qui à patre ali debebat, à
patre repetit. Barto.*

¶ Si mater alimenta, quæ fecit in filium, à patre repetat:
cū modo eam audiendam, diuus Marcus rescripsit Anto-
niæ Montanæ in hæc verba. Sed & quantum tibi alimen-
torum nomine, quibus necessariò filiam tuam exhibuisti, à
patre eius præstari oporteat: iudices æstimabunt. nec im-
petrare debes ea, quæ exigente materno affectu, in filiam
tuam erogatura esses, etiã si à patre suo educeretur. A mi-
lite quoque filio, qui in facultatibus est, exhibendos pa-
rentes esse, pietatis ratio exigit. ¶ Parens, quamvis ali à fi-
lio ratione naturali debeat: tamen æs alienum eius non
esse cogendum filium exsoluere rescriptum est.

Onus alimentandi in subsidium transit contra heredes. Barto.

¶ Item rescriptum est, hæredes filij ad ea præstanda, quæ
vuius filius ex officio pietatis suæ dabat, inuitos cogi non
oportere: nisi in summam egestatem pater deductus sit.

*Liberti coguntur alere patronos & eorum filios & parentes: &
officio iudicis cognoscetur an sit libertus: & de facultatibus liberti
& patroni, & an causam habeant recusandi. Bar.*

¶ Solent iudices cognoscere & inter patronos & liber-
tos: si de alendis his agatur. itaque si negent se esse liber-
tos: cognoscere eos oportebit. quod si libertos esse con-
fiterit: tunc demum decernere, vt alant. nec tamen ali-
mentorum decretum tollet liberti facultatem, quo mi-
nus præiudicio certare possit, si libertum se neget. ¶ Ali-
menta

menta autem pro modo facultatum erunt prebenda, egē-
tibus scilicet patronis. Ceterum si sit, unde se exhibeant,
cessabunt partes iudicis. ¶ Vtrum autem tantum patroni
alendi sint, an etiam patronorum liberi, tractari potest. &
puto, causa cognita iudices & liberos quoque patrono-
rum alendos decernere: non quidem tam facile, ut patro-
nos: sed nonnunquam & ipsos. nam & obsequium nō so-
lū patronis, verumetiam liberis eorum debet præstari.
sed & libertus maternus alere cogitur. ¶ Si quis à liberti
liberto ali se desideret, vel ab eo, quem ex causa fidei co-
missi manumisit, quem que suis nummis redemit: non de-
bet audiri, ut & Marcellus scribit: qui exequat eum ei, qui
mercedes exigendo, ius libertorum amisit. sed & patroni
filium, qui capitis accusavit libertum paternum, negat ex-
hibendum. Sed & liberta cogitur patronum alere. ¶ De
alimentis patroni arbiter solet dari: arbitraturus, quan-
tum sit in facultatibus, ut proinde possit alimenta mode-
rari: quæ tamdiu præstabuntur, quamdiu liberto supersit,
patrono desit. Patrem quoque & matrem patroni, cum pa-
tronus & filij eius minimè supersint, alere liberti ipsi (si
idonei facultatibus sint) coguntur.

*Si patronus liberto denegat alimenta, perdit ius patronatus. si
libertus patrono, redigitur in servitutem. Bar.*

VI. MODESTINVS lib. singulari de manumissionibus.

Alimenta liberto petente, non præstando patronus
amissione libertatis causa impositorum, & hæredi-
tatis liberti punietur: non autem necesse habebit præsta-
re, etiam si potest. ¶ Imperatoris Commodi constitutio ta-
lis profertur. cum probatum sit, contumeliis patronos à
libertis esse violatos, vel illata manu atrocius esse pulsa-
tos, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine labo-
rantes relictos: primum eos in potestate patronorum re-
digi, & ministerium præbere dominis iubemus cogi. sin
autem nec hoc modo admoneantur: vel à præfide empto-
ri addicentur, & precium patronis tribuetur.

*Cum de statu inter virum & uxorem disceptatur, liberi com-
munes sunt interim à patre alendi: nec alimenta præstita à patre fi-
liis liti præiudicium faciunt. Bar.*

VII. IDEM lib. V. Responsorum.

Si

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. IIII.

SI neget, qui maritus fuisse dicitur, matrimonium esse contractum, eo quod eam, quæ se uxorem fuisse dicit, ancillam esse probare paratus sit: alimenta quidem liberis præstare interim compellendum. Sin autem constiterit, eam seruam fuisse: nihil ei, qui pascendos curauit, ex hoc præiudicij* generari respondit.

*Floren.
p̄iudiciū.

Descendentes per lineam masculinam coguntur alere ascendentes: secus si per femininam: nisi in subsidium. Bar.

VIII. MARCELLVS lib. I. ad legem Iuliam & Papiam.

NON quemadmodum masculorum liberorum nostrorum liberi ad onus nostrum pertinent, ita & in feminis est. nam manifestum est, id quod filia parit, non auo, sed patri suo esse oneri: nisi pater aui non sit superstes, aut egens sit.

Patronus non habet ius in bonis liberti: nisi pro alimentis in eam necessitatibus. Bar.

IX. PAVLVS lib. singulari de iure patronatus.

IN bonis superstitum libertorum, nullum omnino ius patroni liberive patronorum habent: nisi si tam infirmos se esse, tamque pauperes præsidibus probauerint, ut merito mèstruis alimētis à libertis suis adiuuari debeat: idque ius ita plurimis principum constitutionibus manifestatur.

DE INSPICIENDO VENTRE,
custodiendoque partu. Titulus IIII.

I. VLPIANVS lib. XXIII. ad edictum.

TEMPORIBUS diuorum fratrum cum hoc incidisset, ut maritus quidam prægnantem mulierem diceret, vxor negaret: consulti, Valerio Prisciano pratori urbano rescripserunt in hæc verba. Nouam rem desiderare Rutilius Severus videtur: ut vxori, quæ ab eo diuertit, & se non esse prægnantem profiteatur, custodes adponat. & ideo nemo mirabitur, si nos quoque nouum consilium & remedium suggeramus. Igitur si perstat in eadem postulatione: commotissimum est, eligi honestissimæ feminae domum, in quam Domicia veniat: & ibi tres obstetrices probatæ & artis & fidei, quæ à te adsumptæ fuerint, eam inspiciant. & siquidem vel omnes, vel duæ renunciauerint prægnantem videri: tunc persuadendum mulieri erit, ut perinde custodem admittat,

De inspiciendo ventre, custodiendoq; partu. 651

admittat, atque si ipsa hoc desiderasset, quod si enixa non fuerit: sciat maritus ad inuidiam existimationemq; suam pertinere: vt non immeritò possit videri, captasse hoc ad mulieris iniuriã. si autem vel omnes vel plures non esse grauidam renunciauerint: nulla causã custodiendi erit.

Hoc rescriptum locum habet ante partum editum, non post. Nã post partũ locum sibi vindicat edictum de liberis exhibendis. Bar.

¶ Ex hoc rescripto euidentissimè apparet, senatusconsulta de liberis agnoscendis locum nõ habuisse, si mulier dissimularet se pręgnantem, vel etiam negaret. nec immeritò. partus enim, antè quàm edatur, mulieris portio est, vel viscerum. post editum planè partum à muliere, iam potest maritus iure suo filium per interdictũ desiderare, aut exhiberi sibi, aut ducere permitti extra ordinem, ¶ Igitur princeps in causã necessaria subuenit. secũdum quod rescriptum euocari mulier ad prætorem poterit, & apud eũ interrogari, an se putet pręgnantem, cogendaq; erit respondere. quid ergo, si nõ responderit, aut non veniat ad prætorem? nunquid senatusconsulti pœnam adhibemus, scilicet vt liceat marito non agnoscere? sed finge non esse eo contentum maritum, qui se patrem potius optet, quàm carere filio velit. cogenda igitur erit remediis prætoris, & in ius venire (& si venit) respondere: pignoraq; eius capienda & distrahenda, si contemnet, vel multis coëccēda. quid ergo, si interrogata dixerit se pręgnantem? ordo senatusconsulti expositus sequetur. quod si negauerit: tũc secũdum hoc rescriptum prator debet obstetrices adhibere. ¶ Et notandum, quod non permittitur marito, vel mulieri obstetricem adhibere: sed omnes à prætore adhibendæ sunt. item prætore domum honestæ matronæ eligere debet, in quam mulier veniat, vt possit inspicere. quid ergo, si inspicere se non patiat, vel ad domum non veniat? æquè prætoris auctoritas iterueniet. Si omnes, vel plures renunciauerint, pręgnantem non esse: an mulier possit iniuriarũ experiri ex hac causã? & magis puto, agere eam iniuriarum posse. sic tamè, si iniuriæ faciendę causã id maritus desiderauit. ceterum si nõ iniuriæ faciendę animo, sed quia iustè credidit, vel nimio voto liberorũ suscipiendorum ductus est, vel ipsa eum illexerat, vt crederet,

Pars II. Digestorum lib. XXV. Tit. II.

quod constante matrimonio hoc [omnino] fingeat: æ-
quissimum erit, ignosci marito. ¶ Meinisse autem o-
portet, tempus non esse præstitutum rescripto: quamvis
in senatusconsultis de liberis agnoscendis triginta dies
præstituantur mulieri. quid igitur est? semperne dice-
mus marito licere uxorem ad prætorem euocare: an ve-
rò & ipsi triginta dies præstituiamus? & putem, prætorem
causâ cognita debere maritum [etiam] post triginta dies
audire. ¶ De inspiciendo ventre, custodiendoque partu
sic prætor ait. SI MULIER MORTVO MARITO
PRÆGNANTEM SE ESSE DICET: HIS, AD
QUOS EA RES PERTINEBIT, PROCVRATO-
RIBVSVE EORVM, BIS IN MENSE DENVNCI-
ANDVM CVRET, VT MITTANT (SI VELINT)
QVAE VENTREM INSPICIANT. MITTANTVR
AVTEM MULIERES LIBERAE DVMTAXAT
QVINQVE, HAECQVE SIMVL OMNES INSPI-
CIANT: DVM NE QVA EARVM, DVM INSPI-
CIT, INVITA MULIERE VENTREM TANGAT.
MULIER IN DOMO HONESTISSIMAE FOE-
MINAE PARIAT, QVAM EGO CONSTITVAM.
MULIER ANTE DIES TRIGINTA, QVAM PA-
RITVRAM SE PVSTAT, DENVNCIET HIS, AD
QUOS EA RES PERTINET, PROCVRATORI-
BVSVE EORVM, VT MITTANT (SI VELINT)
QVI VENTREM CVSTODIANT. IN QVO CON-
CLAVI MULIER PARITVRA ERIT, IBI NE
PLVRES ADITVS SINT, QVAM VNVS: SI E-
RVNT: EX VTRAQVE PARTE TABVLIS PRÆ-
FIGANTVR. ANTE HOSTIVM EIVS CONCLA-
VIS LIBERI TRES, ET TRES LIBERAE
CVM BINIS COMITIBVS CVSTODIANT. QVO-
TIESCVMQVE EA MULIER IN ID CONCLA-
VE, ALIVDVE QVOD, SIVE IN BALINEVM I-
BIT: CVSTODES (SI VOLENT) ID ANTE PRO-
SPICIANT, ET EOS, QVI INTROIERINT, EX-
CVTIAN. CVSTODES, QVI ANTE CONCLAVE
POSITI ERVNT (SI VOLVERINT) OMNES, QVI
CONCLAVE, AVT IN DOMVM INTROIERINT,
EXCV-

De inspiciēdo vētre custodiēdoque partu. 652

EXCVTIAN.T.MVLIER CVM PARTVRIRE IN-
CIPIET,HIS,AD QVOS EA RES PERTINET,
PROCVRATORIBVSVE EORVM DENVNCIET,
VT MITTANT,QVIBVS PRAESSENTIBVS PA-
RIAT.MITTANTVR MVLIERES LIBERAE
DVMTAXAT QVINQVE:ITA VT PRARTER
OBSTETRICES DVAS,IN EO CONCLAVI NE
PLVRES MVLIERES LIBERAE SINT,QVAM
DECEM:ANCILLAE,QVAM SEX.SED HAE,QVAE
INTVS FVTVRAE ERVNT IN EO CONCLA-
VI,EXCVTIANTVR OMNES,NE QVA PRAE-
GNANS SIT.TRIA LVMINA,NEC MINVS,IBI
SINT:SCILICET QVIA TENEBRAE AD SVB-
IICIENDVM APTIORES SVNT.QVOD NATVM
ERIT,HIS,AD QVOS EA RES PERTINET,
PROCVRATORIBVSVE EORVM(SI INSPICERE
VOLENT)OSTENDATVR.APVD EVM EDVCA-
TVR,APVD QVEM PARENS IVSSERIT.SI AV-
TEM NIHIL PARENS IVSSERIT,AVT IS,A-
PVD QVEM VOLVERIT EDVCARI,CVRAM
NON RECIPIET:APVD QVEM EDVCETVR,
CAVSSA COGNITA CONSTITVAM.IS,APVD
QVEM EDVCABITVR,QVOD NATVM ERIT:
QVOAD TRIVM MENSIVM SIT.BIS IN
MENSE,EX EO TEMPORE,QVOAD SEX MEN-
SIVM SIT,SEMEL IN MENSE:A SEX MENSIBVS,
QVO AD ANNICVLVS FIAT,ALTERNIS MEN-
SIBVS:AB ANNICVLO, QVOAD FARI POS-
SIT,SEMEL IN SEX MENSIBVS(VBI VOLET)
OSTENDAT.SI CVI VENTREM INSPICI,CV-
STODIRI,ADESSEVE PARTVI LICITVM NON
ERIT:FACTVMVE QVID ERIT,QVO' MINVS
ITA EA FIAN.T,VTI SVPRÀ COMPREHEN-
SVM EST:EI,QVOD NATVM ERIT,POSSES-
SIONEM CAVSSA COGNITA NON DABO.
SIVE QVOD NATVM ERIT,VT SVPRÀ CAV-
TVM EST,INSPICI NON LICVERIT:QVAS
VTIQVE ACTIONES ME DATVRVM POL-
LICEOR HIS,QVIBVS EX EDICTO MEO

Pars II. Digestorum lib. XXV. Tit. III.

BONORVM POSSESSIO DATA SIT: EAS, SI
MIHI IVSTA CAVSSA ESSE VIDEBITVR,
EI NON DABO.

*Hic declarat, quibus personis sit denunciandum: & intellige
semper hoc secundum edictum mortuo marito. nam in primo edi-
cto quod est à principio tituli vsque ad. §. de inspiciendo, denun-
ciatur marito.*

¶ Quamvis sit manifestissimum edictum prætoris: atta-
men non est negligenda eius interpretatio. denunciare
igitur mulierem oportet his, scilicet quorū interest, partū
non edi: vel totam habituris hæreditatem, vel partē eius,
siue ab intestato, siue ex testamento. ¶ Sed & si servus he-
res institutus fuerit, si nemo natus sit: Aristoteles scribit, huic
quoque seruo (quamvis non omnia) quædam tamen cir-
ca partum custodiendum arbitrio prætoris esse conceden-
da. quam sententiam puto veram. publicè enim interest,
partus non subici, ut ordinum dignitas * familiarumque
salua sit. ideoq; etiam servus iste, cū sit in spe constitutus
successionis (qualis qualis sit) debet audiri, & re publicā,
& suam gerens. ¶ Denunciari autem oportet iis, quos pro-
xima spes successionis cōtingit: ut puta primo gradu hæ-
redi instituto, non etiam substituto. & si intestatus sit pa-
ter familiās: his, qui primum locum ab intestato tenent. si
verò plures sint simul successuri: omnib; denunciādū est.

* Huc pti
net exem-
pla, quæ
V. a. Max.
lib. 9. cap.
16. refert
de iis, qui
infimo lo-
co nati, me-
dacio se-
clarissimis
familiaris
inserere co-
nati sunt.

Omissio modica solemnitis non vitiat. Bartolus.

¶ Quod autem prætor ait, CAVSSA COGNITA SE
POSSESSIONEM NON DATVRVM, VEL
ACTIONES DENEGATVRVM, eò pertinet: ut si per-
rufficitatem aliquid fuerit omissum ex his, quæ prætor ser-
uari voluit, non obstat partui. quale est enim, si quid ex
his, quæ leuiter obseruanda prætor edixit, non sit factum,
partui denegari bonorum possessionem? sed mos regionis
inspiciendus est, & secundum eum & obseruari vêtrem,
& partum, & infantem oportet.

Mulier propter imperitiā excusatur. Bartolus.

II. IVLIANVS lib. XXIII. Digestorum.

EDictum de custodiēdo partu, derogatorium est eius,
quod ad Carboniani decreti exemplum comparatū
est. sed hoc aliquando remittere prætor debet, si non ma-
licia,

licia, sed imperitia mulieris factū fuit, ne venter inspiceretur, aut partus custodiretur.

III. PAVLVS libro XIII.

Qui ventri substitutus est, vel institutus: si ventrē seruare velit, audiendus est.

Fideicommissarius vniuersalis cuius conditio deficit propter necessitatem posthumi, admittitur ad custodiendum partum. Barto.

IIII. SCAEVOLA lib. xx. Digestorum.

Is, à quo, si sine liberis decessisset, quidquid ad eum ex bonis peruenisset, sorori fideicommissum relictum erat: decessit posthumo hærede instituto, & substitutis aliis. quæsitum est, cum vxor defuncti pregnantem se dicat: an sorori procuratoris eius secundum formam edicti ventrem inspicere, & partum custodire permittendum sit: respondit in eiusmodi specie, de qua quæreretur, posse videri ad eius, cui fideicommissum datum esset, sollicitudinē prospiciendum, idque causa cognita statuendum.

SI VENTRIS NOMINE MULIERE in possessione missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur. Titulus V.

I. VLPPIANVS lib. xxxiiii. ad edictum.



Oc edicto rectissime prætor prospexit, ne dū in fauorem partus possessionem polliceatur, aliis prædæ occasionē præbeat. Idcirco constituit actionem in mulierē, quæ in alium hanc possessionem dolo malo transtulit. nec solum mulierem prætor coercet, verum eum quoque, in cuius potestate ea fuit: scilicet, si dolo ipsorum alius in possessionem fuerit admissus. actionemque in tantum pollicetur in eos, quāti interfuerit eius, qui experitur. ¶ Necessariō prætor adiecit. VT QUI PER DOLVM VENIT IN POSSESSIONEM, COGATUR DECEDERE. coget autem eum decedere non prætoria potestate, vel manu ministrorum: sed melius & ciuilius faciet, si eum per interdictum ad ius ordinarium remiserit. ¶ Interest autem eius, qui experitur, admissum alium in possessionē non fuisse: cū fortē bona fide fructus perceptos consumserit: aut si prædo venerit in possessionem, à quo fructus

4 S iij consequi

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. VI.

consequi non possit, quia soluendo non est. ¶ Hæc actio etiam post annum dabitur: quia rei habet persecutionem, & si filia familiæ sit, quæ dolo fecit: in patrem dabitur actio, si quid ad eum peruenerit.

II. PAVLVS lib. XXXVII. ad edictum.

DOlo facit mulier, non quæ in possessionem venientem non prohibeat: sed quæ circumscribendi alicuius causâ, clam & per quandam machinationem in possessionem introducat. ¶ Si & patris & filie factum arguetur: in alterum, quem actor velit, reddenda est actio: quia in id, quod agentis interest, datur. ideo si id, quod ei abest, * Floren. ab eo, qui in possessione* est, seruari possit (præter sum- & vulga. ptus litis causâ factos) inutilis erit ei hæc actio.

poteſtate. **SI MULIER VENTRIS NOMINE**
in possessione calumniæ causâ esse dicitur.

Titulus VI.

Iuramentum mulieris excusat eam à calumnia: & partui non prodest nec nocet. Bartolus.

I. VLPIANVS.

SI de possessione ventris nomine queratur, & deferente hærede mulier iurauerit se prægnatam esse: seruandum est iuramentum, nec tenebitur mulier, quasi calumniæ causâ fuerit in possessionem missa, nec vis ei faciendâ est post iurandum. si tamen pepererit: queretur veritas, an ex eo prægnans fuerit. alteri enim nec prodest: nec nocet iurandum inter alios factum. nec partui igitur nocebit. ¶ Et hoc edictum ex eadem causâ proficiscitur, quæ superius. debet enim prætor, quemadmodum facilis est circa bonorum possessionem mulieri dandam ventris nomine, ita calumniam eius impunitam non relinquere. ¶ Per calumniâ autem in possessionem fuisse videtur, quæ sciens prudensque se pregnantem non esse, voluerit in possessionem venire. ¶ Hanc autem actionem prætor intra annum utilem pollicetur, ultra non, videlicet quasi pœnalem. Simili autem modo & hic, quâti agentis interfuit, prætor actionem [hanc] pollicetur. In parentem etiam prætor actionem pollicetur: si modo per eum factum sit, ut in possessionem per calumniam

niam veniret. ¶ Competit autē hæc actio ei, cuius interfuit in possessionem missum * nō esse: vtputa vel coheredi * *Flo. & vul. missa.* speranti partū, vel ei, qui substitutus fuit, vel qui ab intestato, si partus nō fuisset, succedere potuit. ¶ Interesse autē videtur primū de alimentis, quæ in ventrē sunt erogata. nec enim aliās hæc repetuntur, nisi per calumniā in possessionē venit. cæterū si res calumnia caret: nihil præstabit mulier, quasi sine causā alta sit sub prætextu ventris.

In hoc interesse non potest venire estimatio totius hereditatis, si propter ventrem alius successurus est ab hereditate exclusus. Bar.

¶ Nonnunquam augebitur, quod interest: si quis fortē dubitans, an prægnans sit, exclusus sit hereditate. nam hæredi eius, qui exclusus est, dandam hanc actionem, Iulianus ait. Si quidem eius quoque interfuit, non fuisse calumniæ causā in possessionem mulierem: quia hoc si non fuisset, adeundo hereditatem, institutus hæredi suo locupletior hereditatem suam relinqueret. sed & hoc imputatur mulieri, quod deminuta sunt multa in hereditate: dum hic contemplatione ventris non attingit hereditatem.

Contra mulierem succurritur hæredi substituto defuncti: & conservantur legata & libertates. Bartolus.

¶ Idem Iulianus libro decimōnono Digestorum sic ait. si substitutus, manēte muliere in possessione, decesserit: hæres eius eadē actione precium hereditatis à muliere exiget. sed an decedant legata, cæteraque onera hereditatis, videndū. & mihi videtur potius dici posse, legatarios cum muliere vsuros hac actione: quia & ipsorum interfuit adiri hereditatem. ¶ Libertatibus planē subueniendum erit adversus eum, qui propter hereditatem hac actione agit: * *Fl. legit.* scilicet vt fideicommissarias cogatur is præstare, qui precium etiam eorum vtique cōsequitur. Sed & directis credo prætorem succurrere oportere, vt interuētū suo tueatur eorum libertates. ¶ Si dolus filixfamilias interuenerit, & particeps doli pater fuerit: suo nomine tenebitur.

DE CONCUBINIS. Tit. VII.

Liberta concubina patroni sui non potest patronum relinquere, & alii nubere: licet possit alteri se in concubinam dare. Item illa sola potest esse concubina, cum qua stuprum non committitur: & concubina

Pars IIII. Digestorum lib. XXV. Tit. VII.

cubina patris non potest esse concubina filii vel nepotis: & concubina non debet esse minor duodecim annis.

I. VIPIANVS lib. II. ad legem Iul. & Pap.



Quæ in concubinato est, ab inuito patrono poterit discedere, & alteri se aut in matrimonium, aut in concubinatum dare. Ego quidem probo in concubina, adimendum ei connubium, si patronum inuitum deserat: quippe cum honestius sit patrono, libertam concubinam, quam matremfamilias habere. ¶ Cui Atilicino sentio, & puto, solas eas in concubinato haberi posse sine metu criminis, in quas stuprum non committitur. Qui autem adulterij damnatam in concubinato habuit, non puto lege Iulia de adulteriis teneri: quamvis si uxorem eam duxisset, teneretur. ¶ Si quæ in patroni fuit concubinato, deinde in filij esse coepit, vel nepotis, vel contra: non puto eam recte facere: quia profane est huiusmodi coniunctio. & ideo huiusmodi facinus prohibendum. ¶ Cuiuscunque ætatis concubinam haberi posse, palam est: nisi minor annis duodecim sit.

II. PAVLVS lib. XII. ad legem Iul. & Papiam.

† Aristoteles tamen

li. 7. Poli.

ca. 16. Co-

cubiti om-

nem alteri

quam con-

trarius

in-

terdicendū

liere in

cōcubinato

habere

maluerit

sine

testatione

hoc

omniq;

qui

manifestū

faciēte,

nō

cōceditur.

sed

nece-

esse

ei,

vel

uxo-

cōtra

fecer-

em eā

habere,

vel

hoc

recusan-

tē,

stuprū

cū

ea

cōmittere.

nec

adulterium

per

concubinatu

ab

ipso

cōmittitur.

nam

quia

cōcubinus

per

leges

nomen

assumpsit,

† extra

legis

dū.

idq;

&

pœnā

est,

vt

Marcellus

libro

septimo

Digestorū

scribit.

III. MARCIANVS lib. XII. Institutionum.

IN cōcubinato potest esse & aliena liberta, & ingenua,

& maximè ea, quæ obscuro loco nata est, vel quæ cor-

rupta in-

pore

questū

fecit.

alioquin

si

honestè

vita,

&

ingenuā

mu-

terdicendū

liere in

cōcubinato

habere

maluerit

sine

testatione

hoc

omniq;

qui

manifestū

faciēte,

nō

cōceditur.

sed

nece-

esse

ei,

vel

uxo-

cōtra

fecer-

em eā

habere,

vel

hoc

recusan-

tē,

stuprū

cū

ea

cōmittere.

nec

adulterium

per

concubinatu

ab

ipso

cōmittitur.

nam

quia

cōcubinus

per

leges

nomen

assumpsit,

† extra

legis

dū.

idq;

&

pœnā

est,

vt

Marcellus

libro

septimo

Digestorū

scribit.

III. PAVLVS lib. XIX. Responsorum.

CONCUBINAM ex sola animi destinatione estimari oportet.

V. IDEM lib. II. Sententiarum.

CONCUBINAM ex ea prouincia, in qua quis aliquid ad-

ministrat, habere potest.

DIGE-